

1542. die 12. Februar

Sigismundus I. Rex Poloniae
Cardinali Sanctorum Quatuor
regni protectori.


Reverendissime etc. Nondum rediisse
ex urbe accepimus eum, quem expedi:
tionis gratia miserat isthuc reveren:
dus in Christo pater Dominus Samuel
Episcopus Ptoensis regni nostri Pro:
cancellarius. Hujus autem ejus tam
diuturnae istic commemorationis causa
haec esse dicitur, quod solito plus ab
eo pecuniae exigitur. Miramur non ha:
beri temporum iterum rationem, qui:
bus et contendunt multi, ista quae
quasi jure suo Romanae Curiae extor:
quet minime illi debere, et regno No:
stro a Christiani nominis hostibus tan:
ta impediunt pericula, ut ad nitum id
potius aliorum opibus, quam exhau:
stum suis, et exinanitiam oporteret
Vestra reverendissima paternitati quae
protectorem agit regni nostri, non
modo non recusamus, quo minus
plene numerentur omnia, verum etiam
ex animo id illi favemus. Sed alios
ita avarae exigere, cum quid eis de:
beatur non videamus, non possumus
non molestè ferre.

Quare a Reverendissima pater:
nitate Vestra petimus authorita:
tem suam interponat, ut equitatem
potius, quam cupiditatem in consilium

ad
S

adhibeant y, quibus expeditionis isti:
us nomine pecunia isthic numerari
confuevit, neque nimio plus emun:
gant. Scripsimus autem cum hac
De re Sanctissimo Domino nostro
tum ut nominandi apud certas Ec:
clesias facultatem nobis concede:
ret. Nam ex hijs, quas concessit
adhuc paucis res contigit, quibus
spes fuit per nos ostensa, vel quae
revocata fuerint statim, ut dato
sunt, vel quod alia nonnulla impe:
dimenta acciderunt. Quo circa Re:
verendissimam Dominationem Ve:
stram rogamus, ut agat cum San:
ctissimo Domino nostro, atque ei no:
stro nomine supplicet, quod ad Ca:
thedrales regni nostri Ecclesias ad
unam quamque forsium duas ad sin:
gulas vero collegiatas, tres nominan:
di potestatem nobis fauiat. Praeterea
ad Parochiales nonnullos quarum no:
mina in Scheda inscripta habebit,
is qui presentes reddet, rem nobis
fecerit reverendissima paternitas
Vestra valde grata.

Ceterum exhibetur negotium
quibusdam cancellariis nostrae scribis
De duabus parochialibus Ecclesijs
quorum causam Reipublicae Ve:
stra commendamus, atque ab ea

petimus


107
petimus, ut eorum propugnatiōnem
suscipere non gravetur.

Cognoscat autem rem ita ut est
ca hoc, qui has perferrent Cancellaria
nostra Scriba Venerabili Thoma Koro:
pnicki Preposito Chetmensi, quem
cum et hac et alijs multis de causis
mittit istuc. Reverendus Dominus Clo:
censis Episcopus Cum Reverendissime
paternitatis Vestre Diligenter com:
mendamus. Datum Vilna Die Duo:
decima Mensis Febr. An^o Dⁿⁱ 1542. 9

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]